



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/320348>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

THESE VOLUMES BELONG TO THE

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHILOS. PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ATLANTUS HELENUS LEIJDEL VAN DAM,

Mari Natus.

A. D. III OCTOBRIS MDCCCLI, HORA II.



Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCLI.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA L. E. BOSCH ET FILII.

1885

THESES.

I.

Qui indebitam solutionem acceperit, licet sint res quae pondere numero et mensura constant, non tenetur ultra quam factus est locupletior.

II.

Pignus, in re debita constitutum, valet re postea acquisita, a die acquisitionis et minime retrotrahitur ad diem, quo conventio facta est.

III.

Non probandum ex sponsonibus actionem non nasci, uti PUCHTA *Pandekten* § 258 statuit.

IV.

Non adsentior ANTONIO FABER et GLÜCK, heredes impuberis, sine justa causa emancipati ante patrem adoptivum defuncti, quartam Divi Pii exigere posse.

V.

Interpretatio L. 2. Cod, de rei vind, nec quam proposuit SCHRADER ad § 30 Inst. de rer. divis. nec CUJACII eodem loco, admitenda est.

VI.

Malae fidei aedificator materiam, diruto aedificio, vindicare nequit.

VII.

Usufructuarius qui in fundo fructuario aedificavit, agere potest ex art. 658 C. C.

VIII.

Qui hereditatem pure adiit legatariis et donatariis, quod portioni debitae deest, detrahere nequit.

IX.

Minime probandum, quod in art. 1113 C. C.

creditores et legatarii non tenentur oppositionem publice inscribere uti in art. 1154 C. C. statuitur.

X.

Minime ex art. 828 C. C. usufructuario licet, uti DIEPHUIS IV § 74 statuit, petere rescissionem venditionis vel contractus redditus perpetui ex art. 1809, nec ei licet indebitum, ab eo qui usumfructum dedit solutum, condicere, uti VERNEDE ad art. docet.

XI.

Qui fundum in unum annum conduxit et pensionem prorogaverat, tamen ex art. 1629 C. C. agere potest.

XII.

Si cambium siccum non est indossatum, impensae protestationis non factae solutionis a debitore pro parte tantum repeti possunt.

XIII.

Non facio cum Cons. LIPMAN (TYDEMAN) dicenti: improbandum esse quod in art. 226 C. M. in pecunia apud dispensatorem (kassier) deposita privilegium iis conceditur, qui ejus rei nomina teneant.

XIV.

Contra rhedarios et magistros navium, propter

merces non exhibitas actio institui potest in domicilio consignatarii, licet ipsi aliud domicilium habeant.

XV.

Qui navem suam exercitoribus locaverat e. g. in decennium in quamlibet navigationem, non tenetur ex art. 321 C. M. nec art. 349 C. M. in eum locum habet.

XVI.

Pars soluti, in casu art. 773 C. M. a debitore per concordatum liberato, repeti potest.

XVII.

Soluta, quae sciens nubit bigamo, non fit criminis consors.

XVIII.

Dominii literarii, quod dicitur, e lege 25 Januarii 1817, restrictio ad vicennium post mortem auctoris, non spectat opera ante hanc legem edita.

XIX.

Publicatio ponderum et mensurarum quae non legitime fuerint signata (geijkt), si reus iis usus non est, irrogari non debet.

XX.

Poena constitui *deberet* in eos, qui a verbi D. ministris orationes e sacris pulpitis habitas, iis insciis vel invitis, typis mandare curaverint.

XXI.

Lex de die dominica observanda, nec verbis nec sententiae legis fundamentalis contraria est.

